

565.

194

227

L VII 194
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK DER WISSENSCHAFTEN
210/53

L VII 194
1 - 26

20.
Bonā Verbā;

quibus

Nuptias auspiciatissimas

Eximii Præstantissimi & Eruditè-docti

VIRI JUVENIS

DN. CASPARIS
JENTSCHII

Schol. Evangel. Budiss. Collegæ fideliss.

&

Pudicissima juxta ac Moratissima

VIRGINIS

ANNÆ DOROTHEÆ

DN. JOHANNIS Schleyens/

Civis quondam Zittav. Primarii
relictæ filia nati minimæ,

Ad d. XIV. Calend. Octobr. Anni M DC. LXXIV.
prosequantur

Dnn: Patroni, Collegæ, Fautores & Amici
optimè cupientes.

~~-----~~
BUDISSÆ excusa per Andream Richterum.

DN 9045796

Bona Verba,

quibus

Nuptias auspiciatissimas

Eximii Professorum & Eruditi docti

VIRI IUVENIS

DN. CASPARI

JENSTCHII

Schol. Evangel. Budis. Colleg. Adell.

&

Publicorum iuris ac Morum

VIRGINIS

ANNÆ DOROTHEÆ

DN. JOHANNIS GLEISSNERII

Civis quondam Zittav. Primarii

relicte filie nuptiarum

Ad d. VII. Calend. Octobr. Anno MDCCLXX.

proceduntur

Dum: Patroni Collegii, Fautores & Amici

optime cupientes

et in hunc modum

BUDISÆ excusa per Andream Richterum.



Ad
Dominum
SPONSUM



EN! venit à summo, Tibi, Numine * nobile
donum,
Dorothea, hanc gratâ luscipe, Sponse, manu,
Hanc cole & ob multas Virtutes dilige: Vobis
Det Deus in Thalamo plurima dona, precor.


* Dorothea nomen Sponsæ Sir: 26.v. 3. 17.
Honoris ergò scribebat

M. MARTINUS Gumprecht.

Ecclesiæ & Scholæ Evangel. apud Budiss.
Pastor Primarius & Inspector.

Admod: Rev. Ministerii Senior

Ætat. 77.



I.

KΗ παρὸς τε ἀνὴρ, πισὸς τε διδάσκαλος ἐστίν,
Νῦν ἰχθύων ἔλαβεν Γαμβρὸς, ἃ ἐστὶ Ἰρία.
Τῆς τε χορῆς κήπηρ ἢ πανημέριον μελέδημα
Τῆς υυκλὸς σπαρθὴ Κοτῆρῶ ἐμβαλέειν.

II.

TIncas appellant vulgi solatia (†) vates
Pernegat hoc Sponsus, nam sibi sola cupit:

A 2

Piscibus,

Piscibus hæc multas dentur cognomina, *Sponsus*

Tinca alia est, loquitur cum ratione cata.

(*) Wolfgang. Franzius Histor. Animal. Sacr. part. III.
c. 6. pag. 668.

III.

Est *Tinca* piscis in *salo*,
est *Tinca* piscis in *solo*.

est *Tinca* piscis in *foro*,

est *Tinca* piscis in *toro*,

est *Tinca* piscis in *chore*.

Sunt plena *Tincarum* omnia.

Se *Tinca* Sponto lubricat,

*Tinca*q; Sponsus se implicat,

se se implicant, se se applicant.

Nunc *Tinca* non est in *salo*,
nec saltitat nudo in *solo*,

venalis haut est in *foro*.

sed *Tinca* ludit in *toro*,

*Tinca*q; Sponsus in *chore*,

Choro puta Scholastico.

Salum, *solum*, *torum*, *forum*,

*chorum*q; *Tincarum* greges

sic impleant donec *polum*

hereditabunt entheum.

quasi fesceninos, quam nuces
spargere non liceret, ad lusit

Collegæ charisf.

non absque voto.

Joh. Theill M. P. L. C.

Scholæ Evangel. Budisf. Rector

Esse Scholas Ludos, Verbo & rationibus ore
Uno Philomathes, Philologique probant.
Tu quibus addictus CASPARE, docendo, videris
Asferere hoc, teneros ore styloque choros.
Cur igitur vitam manibus pedibusque jugalem
Appetis? Ut solus ludere forté queas?

Exper

(Nescio quid?) turbas, quas movet, usque trahat,
Unde velint veniant, Tu illas delude, tuamque
Pubem ac si ludas, instrué, ludus erit.
Cumque Tua Sponsa formosa lude decenter,
Ut Tibi, quo ludas, ludat & Illa, ferat.

Ita honestè & modeste
ludabat

Johannes Richter
Archidiaconus Budissin.

Was ist das Leben doch auff dieser runden Erden
Woh wahrer Freundes-Treu? Was kan uns liebers
werden

Alhier auff dieser Welt? Als ein getreuer Freund/
Den GOTT beschehret dem / der Gottes Ehre meint.
Der seiner Jugend-Blum auff Bücher und Studiren
Mit allem Fleiß gewand / daß Er auch könnte führen
Sein anbefohines Amt / mit Ruhm und großen Nutz.
Zur hohen Gottes Ehr / zur festen Seulen Schutz.
Das hat Herr Jenßsch gethan; drum Er beruffen worden
Zum Lehrer in die Schul / in Ruh und Arbeits-Orden
Ist Er getreten ein / da Staub und Undanc ist.
Mit untermischtem-Glück' und arger Jugend-List.
Wie könt Er nun allein in solchen Schul-Betümmel
Sein Leben bringen zu? Wann nicht der Gott von Himmel
Ihm güttig stünde bei; der Ihn aus Gnaden gibt
Ihr süßen Ehe-Treu / ein Herze das Ihm liebt
Das ist die Jungfer Braut / die Gottes Gnaden Gabe
Die Ihm vertrauet wird daß Sie Sein Herze labe

Nach Seiner Schul-Arbeit / in ungefarbter Treu/
In Lieb und Einigkeit die immer bleibe neu!
Ihr fest-gepaartes Paar / Ihr neuen Eheleute
Ich wünsch Euch alles Heil / und alle Freunde heute/
Was rechte Freunde sind / die haben meinen Sinn/
Daß IHR glückselig lebt im Segen immer hin!
Was Ich jüngst inget ein an meines JESU Stelle
Von Herzen Euch gewünscht / das Gott die Unglücksfälle
Woll allzeit wenden ab! Dasselbe werde wahr
Daß Ihr gesegnet bleibt viel zeit und lange Jahr.

Johannes Muscovius

Diener an Worte GOTTES bey
der Evangelischen Gemeinde
zu Budissin.

ANNA DOROTHEA

per Anagramma,

HANNA, DA TE, ORO

Ad Sponsam Sponsus,

HANNA; mea, pars o! animæ mihi dulcior, HANNA,
Melle, quod in ceris Attica ponit apis.

Da mihi, *da* patulas, jam tecum colloquor, aures

Quid precibus, flagrans, accipe, quærat Amor,

Da mihi *Te* totam, *da* vita carior ipsa.

HANNA mihi dextram, *da* sine fraude fidem.

Da mihi *Te*, repeto; *da* vultum, lumina, blanda.

Inprimis animum, *da*, precor, HANNA, mihi

Hoc

Hoc ORO supplex, his votis astra fatigo
Ut semper thalamo MANNA sit HANNA meo.
Dog, fidem, dextram, totum me dog, vicissim,
Et Sponsæ Sponsus, quæ dare jure solet.
ORO DEUM, mecum mea sponsa! oretis Amici!
DET SESE NOBIS, DET BONA CUNCTA DEUS,

Hisce erga honoratissimum Dn. Collegam
affectum publicè testari felixq; Connubium
ex animo apprecari volui, debuï

M. Johannes Rosenberg/
ejusd. Scholæ ConR.

Hercule prudenter sat agis, Vir docte, pudicam,
Quod sociam vitæ quæris amore Tibi.
Utq; vides, instant in mundo plena malorum,
Tempora, sperandum nil superestq; boni.
Difficilis labor est, pueris præesse Docentem,
Informare itidem membra tenella gravis.
Cui vix, ac ne vix, tu possis esse ferendo,
Ni te qua assiduò fulciat atq; juvet.
Ergo bonis avibus Thalammum conscende jugalem,
Et blando amplexu Te Sociæ socia.
Sic etenim latus per ages id triste, quod instat,
Tempus, & officii grande remittet onus.

Τὰυτα ὀλίγα εὐλοσχεδίασι
apposuit:

M. Henricus Basilius Zeitler.

Ecclesiastes Budisfinensis,

Ad

Ad
DOMINUM SPONSUM,

Eusebiæ Corculum,
Sophiæ Filium,
Musarum Delicium,

SCHEDIASMA,

T Heusophiæ dudum penetravit in Abdita, dudum
JENTSCHIUS, Aonidum vela levavit ovans.

*Desiderata** diu venit quoque, factus *Epoetes*

Quæ Paphii potis est interiora Chori,

Castaq; Conjugii SPONSUS secreta tueri!

Sacris qui hisce favent Carmina fausta canant.

O, nimium Dilecte DEO, cui pronubus IPSE

In Terris Nympham jungit amorifluam!

Vos sic Coniunctos cœlestis inebriet imber,

Et pingue è Vestæ nutriat omne sinu.

Oceanus Rheno glacialis competat almo

Quàm Vos turbet Eris, linquat Erosq; prius.

Et sic felici curratis tramite, donec

Lucis inaccessæ Civis uterq; cluat!

* Allus: ad *Desideratam* Vett. tum Gentil. tum Christ. de
qua Scalig. Casaub. &c.

Manu languidâ, venâ languidiori, Voto
non languido, sed Calidissimo *αὐχέδ.*

M. Sal. Hausdorf /
Pastor Bernstad.
jam in ordine Patientium.

Ad

Clarissimum Dn. Sponsum.

Donat opes, ades, gemmas & fulva metalla,
 Dextra Socrus, cujus res benedicta domi.
 Ast sociam vitæ castam, virtute decoram,
 Et quam commendat religionis amor.
 Hanc, Solus Christus, donat, donare Parentes
 Id nequeunt, vires hæc superant hominum;
 Ast ea non cuivis contingunt munera rerum,
 Is fert, qui precibus nocte dieq; petit.
 Id Sponsum nostrum certò fecisse putandum est,
 Collegam, qui tot gaudia mente capit.
 Nunc venit in thalamum Tibi casta Puella jugalem,
 Donum, quæ à dono nobile nomen habet.
 Sancta Trias Tibi servet eam, benedicat JEsus!
 Nullò disruptus tempore cesset amor,
 Hoc charum Donum mox fundat dulcia dona,
 Pignora quæ semper sint Tibi, Sponse, bona.
 Omnipotens cujus nutu stant sidera cuncta,
 Omnia quæ facitis, det benedicta sient,

Sonnet.

An die Jungfrau Braut.

Wenn Kunst und Wissenschaft mit Gottesfurcht sich paaren
 So muß derselbe Mensch allzeit' gesegnet sein.
 Dem was ist Wissenschaft? wenn Sie nur ist allein/
 Was ist Verstand? Was sind die Kunst in diesen Jahren?
 Wo nicht ist G. Gottesfurcht: Denn/ wie wir solchs erfahren/
 So ist's nur Eitelkeit / ein bloßer schöner Schein/
 Der nur gelobet wird von Menschen; Aber sein
 Stehts / wenn die G. Gottesfurcht die Künste thut bewahren.
 Diß schreib ich Jungfer Braut aufrichtig/ ohne Scheu

B

Ruff

Auff Ihrem Hochzeit-Tag/und sek noch das dabey/
Das Gottes Furcht bey JHR hat ihren Sitz genommen:
Kunst Weisheit/ Wissenschaft/Verstand der Bräutigam hat/
Mit Gottesfurcht gepaart / drumb Ihr auch in der That/
Von hohen Himmels Thron/ den Segen werd bekommen.

Ita honoris & Amoris ergo Clariss. Dn.
Sponso Collegæ suo plurimum dilecto
gratulabundus accinere voluit.

JOHANNES DANIEL Gumprecht
Schol. Patr. Cantor

Quod benesit! Læti Genialia ducite Festa,
Fauſta iſthôc Feſtô dicite verba Die!
Infestent fauſtum Feſtum non iurgia dira,
Cumq; malô malô dura; faceſſat Eris.
Euge! Parate viam turbamq; movete, miniſtri,
SPONSIS, huncce Diem pompa ſuperba decet.
En! (α) Hymenæus adest croceo velamine tectus,
Quam præfert faculam, ſtridula nulla furit.
Eja! ter atq; quater Salve, CLARISSIME SPONSE,
Quin pullas pallas auſſerat iſte Dies?
SPONSA maritales in leges jurat, & eccam!
Vel tandem in thalamum SPONSA petita venit.
Canitie cineris rutilatos euge! Capillos
Findendos Haſtâ, Elammeolumq; vide.
Oh! hæc Eurydice caſtiſſima balsama rorat,
Atque rosâ multâ purpurat bacce Charis.
CAJË tuæ CAJÆ collo jam brachia fige
Quum præſtô fuerint Ignis & Unda Tibi.
Scande torum, (cuncti ternum FELICITER! addunt)
Atq; dicis cauſâ balthea ſolve vegeſ.
Sic VOBIS ludet, novies quando orbe Selene,
Parvulus Ænêas Gnatavè ſuavidula.

Eja

Eja! ter atq; quater Salva, CASTISSIMA SPONSA,
 Tinea pudica, toro te quoq; cepit amor?
 Os! gaude tali jungenda marito
 Quem gremio fovit docta Minerva suo.
 Illi suaviolum, lux, vita, decusq; favusq;
 Delicium, corclum deniq; Diva clues.
 Euge! vides? adsunt, Clavesq; Nucesq;, columq;
 Hæc capias, & Te quisq; salutatur Heram.
 (β) Quot SPONSI SPONSÆq; notæ pia nomina scribunt,
 Conviva ad numerum tot cyathosq; bibunt.
 Enge! TALASSIO! nunquam non diverberat astra,
 Aspera nulla tonant, prospera mille sonant.
 Atq; choros ducunt Juvenes juxtimq; Puella,
 Queis se cum Musis associant Charites.
 Omnigeniq; boni SPONSIS salvete PUDICÆ,
 Prolificumq; torum pacificamq; domum!
 Eja! ter atq; quater MENTES salvete PUDICÆ,
 Quas junxit geminas intemeratus Amor.
 Legitimum VOBIS propinet JOVA Nepenthes,
 (γ) Non Helene: VOBIS gaudia cuncta fluant.
 Vosq; suo videat nunquam (δ) Viriplaca sacello;
 Vita sed unanimis Turturis instar eat.
 Conjugii cari miram raramq; Senectam
 Concedat VOBIS Archiguberna DEUS.
 (ε) Emmanuelis Demetrii cum conjugis fidæ
 Maturam qualem fama fuisse refert.

Ac

(α) Ovid. l. X. Metam v. 1. seq. (β) Martial. l. 1. Epigr. 72. (γ) Lips. l. 1. c. 6. de Constant. (δ) Val. Max. l. 2. c. 1. §. 5. (ε) Hic 103. uxor verò 99. vitâ, 75. conjugio compleverunt, alternuiq; alteri tribus fata anticipârunt horis. Delphis ambo simul An. 1603. sepulti D. Weberus è Thuanô in Arte Discurrendi de quâ libet materia Font. 17. Exemp. 1. §. 3. p. m. 141.

Accum mortales moralibus estis in arvis

Vos mortale nihil lanoinet atq; terat.

Tandem: Sic teneat Te flamma reciproca vincam,

Triga tori fias mox, Nova Biga: VALE!

Sic in Helicone Wittebergenſi ſomniat

CHRISTIANUS Böhig Bauzenas.

Παιγνιον

Sœpius audibis (si fors Hochzeitia Verba,
unt ſchriebenda, bonô Freundô) Seuffzeria tieffa;
Sterniferi mecum propera de Culmine ſchloſſi

Phœbe pater, miſerere mei, permitte poëtam

Me miſerum neuo bona Carmina machere Sponſo,

Iple etenim in Verſus pruritum trago tenacem.

Sed Keinos audit, ſic eſt erbohſtus Apollo.

Hinc miſerian ſangunt lehrum ſibi Kratzere Kopffum

Durchſuchunt varios Büchros, Verſchosque gedrucktos

Offtius exſtehlunt ut poſſint vveifere Kunſtum.

Verùm ego non metuo tantum committere ſündum:

Namque Poëtæ omnes & Verſmacheria turba,

Quotquot vixerunt hinc inde â tempore Homeri,

Unus poſt alium Verſus exſchreibere nullum

Eſſe putaverunt peccatum. Audaciter ergò

Sive Poëtarum nomen titulumque geratis,

Seu nudi lauru tituloque ſuatis ab omni,

Schreibite ex aliis, ex ſtehlite, namque poteſtis.


Machere non melius, nec ſic erfindere, ut illi,

Seu ſit Naſo, Maro, ſeu Baudius atque Meliſſus,

Factum inſectum ullâ haut fieri ratione poteſtur,

Dicunt Juriftæ, & nullo ſub iudice lis eſt.

Gratius Hilciades,



56
20-
2004

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006892 2